amiſiſſe: ſed liberiorem illic habere creden
di ſunt: ubi onere corporali grauari non
poſſunt. Nam iuxta diuinam ſententiam:
corpuſ corruptibile adgrauat animam.
Ergo anima quae nunc corpore grauatur:
liberior corpore abſoluta efficitur.
Eſt igitur animae poſt mortem. & ſenſuſ
integer. & memoria plena. Ergo anima
quae illic ceſto recordationiſ officio utitur:
proximorum dulcédiniſ recordatur.
Recordanſ ergo quoſ amauit in ſeculo: com
mendare eoſ poteſt precibuſ xp̄o.
quamquam nil aliud. orationeſ fideliū
animarum: quam deſideria earum accipi
·ſ· ideo
antur. Illud quoq. dico: quod cele
berrima ſit in hac re conſuetudo fidelium:
cum ſe morituriſ commendant: & memo
eoſ
reſ quoſ ſui eſſe praeobtant. Sic̄ mar